



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Dissertationes De Actibus Humanis**

**Karchne, Simon**

**Augustæ Vindelicorum & Græcensis, 1716**

An leviter possit peccari contra virtutes Theologicas ob materiæ exiguitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39981**



## §. VI.

*Pars tertia Regulæ Haunoldi applicatur peccatis mortalibus non redundantibus in DEUM, nec cedentibus in nocum entum grave generis humani.*

723. **A**mplissimam hic §. suppeditat materiam de ceteris peccatis ex genere suo mortalibus, in quibus divinis perfectionibus nihil demitur, nec additur, neque ex illis imminet notabile damnum generi humano, uti imminet ex delectatione carnali, sive venerea. De hujusmodi ergo mortalibus inquirimus, an admittant parvitatem materiæ liberantem à mortali: juxta ordinem præceptorum Decalogi expediam casus, quibus præmittam ea, quæ concernunt virtutes Theologicas, ac virtutem Religionis.

*An leviter possit peccari contra virtutes Theologicas ob materie exiguitatem.*

**R**espondeo negativè, nam hæresis opposita fidei, desperatio per defectum, & præsumptio per excessum spei per num. 690. odium DEI Charitati divine non patitur materiæ parvitatem juxta num. 718.

Dixi *Charitati divine*, quia odium inimicitæ, seu malevolentæ contrarium charitati proximi posse transfire in veniale est indubitatum, ut si proxi-

mo optes malum leve, aut de hoc gaudias.

*An Religionis virtus sit capax levitatis materiæ.*

724. **C**ontra hanc pugnant superstitionis, divinatio, & vana observantia, quibus hic nihil addo præter asserta num. 720.

De blasphemijis vide num. 616. vers. Inf. 2. juncto num. 267. & à num. 272. ad num. 274

Perjurium in juramento assertorio esse in materia etiam levissima mortale, uti etiam contra juramentum promissorium, si absit animus implendi promissum, constat ex num. 717. materia enim juramenti promissorij, in cuius testem promittens jure jurando DEUM invocat, est præsens voluntas implendi promissum, secùs veritas, aut falsitas executionis rei promissæ, quæ cum sit divisa non impletio in parva quantitate probabilius non est mortalis, ut dixi cit. loco.

Hinc deduco cum Sanch. Lib. 3. Mor. c. 4. num. 13. Laym. Lib. 4. rr. 4. c. 14. num. 6. contra Cajet. Valent. Lefl'